

Conclusum Senatus Consilij postcomitialis  
Erodna 20. Mensis Octobris 1730. celebratum.

Ad 1<sup>um</sup> et 2<sup>um</sup> Conformando se ad vota Senatus Sacra Regia Ma-  
jestas Dominus Noster Clementissimus, ex re et Utilitate  
publica fauorabiles Mensuras accipere intendens, Comitia  
Generalia vel ordinaria vel extra Ordinaria, tum quoque Comiti-  
la Relatiuum indicere non intermisset.

Ad 3<sup>ium</sup> Reapsumendo Conclusum Senatus Consilij Ultimi postcomiti-  
alis ad Continuationem et perficientiam Negotiationis pertra-  
ctata cum Reuerendissimo Domino Nuntio Apostolico Magni-  
ficum Palatinum Lublinensem Legatum Magnum ad Cu-  
riam Romanam destinatum obligat Sacra Regia Majestas, eaq;  
omnia quae in praedicto Concluso expressa et appromissa sunt imme-  
diato Pontifici respectu modificanda Constitutionis Erodensis, erga  
modernum Sanctissimum obseruare pollicetur, intus tu accelerandorum  
Concordatorum inter se et Lemptea.

Ad 4<sup>um</sup> Reapsumptionem Conferentiarum cum Ministris Externarum Poten-  
tiarum circa Praesentiam suam Sacra Regia Majestas Varavia,  
die vigesima Mensis Februarij in Anno proxime venturo inchoan-  
dam et Continuandam decernit.

Ad 5<sup>um</sup> Pro Reparatione Arcis Cracouiensis perficienda summam Sex-  
ginta Millium Florenorum Polonicalium ex Thesauro Regni enu-  
merandam designat.

Praterca Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus  
Magnificis supremis Regni et Magni Ducatus Lithuaniae The-  
saurarijs auctoritate praesentis Senatus Consilij injungit, quatenus  
Generosis Deputatis ad Comitia Generalia ab Exercitijs utriusq;

Lentis et authoramenti videlicet ab Exercitu Regni Delegatis  
Summam Viginti Millium Florenorum Polonicatum, Deputatis  
vero ab Exercitu Magni Ducatus Lithuania parem Quantitatem  
Summa in Ultimo Senatus Consilio assignata in vim Tractamen-  
ti persoluant.

Tum denique ut Thesaurus Magni Ducatus Lithuania summas  
Conuentui Claramontano Crystochouiensi debitas, et quidem  
primam Duodecem Millium Florenorum Polonicatum, Con-  
stitutione Anni Millesimi Septingentesimi Decimi septimi  
assignatam, alteram autem Testamento pia memoria olim  
Magnifici Chomentowski Palatini Masovia Exercitus  
Regni Campi Ducis, ac insuper Summam per eundem Ma-  
gnificum Testatorem pro Fundatione Deodicatarum Monia-  
lium Visitationis Beatissime Virginis Maria Lublincen-  
ex Summa sua Originali pro Legatione Moschovitica  
in eodem Thesauri Magni Ducatus Lithuania retenta,  
legatas et ordinatas ac toties per Anteriora Senatus Consilia  
ad Soluendum injunctas exsoluat, et realiter enumeret, Sacra  
Regia Majestas Dominus Noster Geminus demandat.

Verificationem et Accomodationem Summa Trium Millium Aureorum  
Hungaricalium Civitatum Leopoliensis et Premislensis  
ad Thesaurum Regni, intra Spatium Trium Mensium  
expediendam, Sacra Regia Majestas Dominus No-  
ster Clementissimus remittit, et post Deductionem Ra-  
tharum exsoluendam decernit.

Pro Expeditione Emisarij ad Hanum Crimensem respe-  
ctu vindicationis Invasorum et Injuriarum Publi-  
carum in vim viaticum Expensarum Summam Trecentoru  
Aureorum Sacra Regia Majestas assignat.

Generoso Puget Residenti in Curia Romana ultra ordina-  
riam

viam Pensionem Summam Quingentoru Imperia-  
lium per Thesaurum Regni ex... dam destinat.

Concordat cum s...

Johannes Lipiski  
Pro-Caroli huius



Ch... niscus Cichoki  
Attis Secretarius

6.  
except ex fenaru con  
silium na hyrie Gerwe  
quid no: thistk fare  
myrdon